



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIII. Metus. Formido.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

in quò sita sunt aut destinata. (2.) Quamvis Mercator non fiat incolà, nec adstringatur muneribus; quoad mercaturam tamen fortitur forum in loco, ubi stationem negotiationis habet, nec potest causam ad locum domicilii avocare. *Perez. C. de incol. n. 6.*

VI.

Magistratus potest cogere & taxare numerum cauponarum, & vendentium annonam, carnes, pisces earumque copiam curare. *Perez. C. de Excusat. Artific. n. 12.*

VII.

Mercatores non possunt esse milites armati, exceptis iis qui cum armis negotiantur. *l. un. C. negot. ne milit. aliam autem militiam non armatam sibi acquirere possunt, ut & Palatini permissu principis mercaturam exercent. l. un. C. in quib. caus. militantes.* Hodie autem mercatoribus militare simpliciter concessum. *Perez. tot. tit. C. negotiat. ne milit.* Exactores militaris annonæ nullum cum provincialibus commercium habebant. *l. n. C. de erogat. milit. annon.*

VIII.

Semper, cum aliquid de mercatoribus speciale disponitur, intelligi tantum debet de negotiis ad mercaturam pertinentibus. *Mey. ad Jus Lubec. Lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 59.*

CAP. XXXI.
Meritum. conf. Merces.

Meritum causa contractui par est. *Bald. in l. qui se patris. C. unde liber. Alex. consil. 30. num. 17. volum. 5.* Siquidem meritum magna vis est in coniciendis & conservandis privilegiis ac beneficiis aliis. *l. 1. §. 2. ibi. quæ Princeps alicui ob merita indulget. de consue. Princip. Be-fold. p. 1. consil. 7. num. 104. eorumque effectus declarat Jafon. in l. ex hoc jure. num. 52. & seqq. de just. & jure.* Hinc privilegium ob bene meritum concessum non posse revocari, post *Bald. in l. cum militi de dolo scrib. Arnold. Reiger. in thes. verb. privilegium. n. 38.* licet in universitatibus detrimentum cedat, *Richter. 1. decis. Jenson. 4. num. 45. vid. latè Klock. in tract. de contribut. cap. 16. ubi etiam de bene meritum probatione agit. sect. 1. n. 116. 117. 118. & seqq. & supr. lib. 2. cap. Benemerita.* Privilegium tamen maritorum causâ concessum non transit ad heredem. *l. 1. in fin. ff. de Constit. Princip. Perez. C. de Excusat. muner. n. 14. vid. infr. sub Rubr. Privilegium.* Imò ea, quæ ob merita personis dantur, præsumuntur hereditaria, nisi de mente donantis aliter appareat. *Brunnem. ad l. 1. C. de annon. Civil. quod tamen non in omnibus procedere probat Brunnemann. C. de apparit. Magistr. Milit. in fin.*

CAP. XXXII.
De Metallis.

Fodinæ metallicæ, Erzguben/ sunt de regalibus *l. 1. C. de metallar. 2. F. 56. A. B. cap. 9.*

hodie verò Principes in suis ditionibus emtio- nes metallorum vulgò den Silberkauff sibi reservant & subditis permittunt inquirere saxa, lapides, metalla. *Köppen decis. 59. n. 13.* Vassallus autem metalla regulariter sibi vindicare nequit, nisi de iis expresse sit investitus. *Rumelin. dissert. ad A. B. p. 1. diff. 3. lb. 10.* Et præter decimas ex metallis etiam certa reddituum portio dominis territorii debetur, vulgò ein freyer Erbkufus auf des Grundherrn Unkosten/Heig. *p. 1. q. 13. n. 42.*

CAP. XXXIII.
Metus. Formido.

Axioma I.

Metus justus in se ignorantiam habere dicitur. *l. item si. 14. §. in hac actione 3. ff. quod met. caus. & ideo humanitatem & auxilium meretur. l. 14. §. 5. l. ult. §. 1. ibique Dd. eod. tit.* Vano tamen metui non est indulgendum. *l. 5. l. 6. & ult. ff. d. 1. est enim formido aliquando inepta & furiosa. l. 4. C. de his qui ad Eccles. confug.*

II.

Voluntati nihil sub cælo magis est contrarium, quam metus, *l. nihil consensit 116. ff. de R. I. c. super hoc. 5. & ibi Abbas de renunc. ideoque dicitur quod sit trepidatio mentis periculi instantis vel futuri, tollens libertatem, Conf. Arg. 1. conf. 41. num. 19. & 20. & animum perturbans, Angel. in l. item si cum §. satis enim. vers. nota quod metus. ff. quod met. Pacian. consil. 92. n. 45.* Unde Prætor tanquam custos aequitatis eam obligationem ratam non habet, quæ metu extorta est, verum restitutionem in integrum pollicetur, qui hoc nomine in captionem incidit, ut videre est in *l. 1. & 2. de in integr. restit. Phil. Matth. ad d. l. 116. num. 3.* in totum tamen consensum non excludit, nec actum ex illo consensu dependentem ipso jure vitiat, eò quod coacta voluntas etiam sit voluntas. *l. si mulier 21. §. si metu coactus 5. ff. quod met. caus. ibique gloss. in verb. volui. & Panorm. in c. Abbas X. eod. ubi gl. in verbo coactus. sed actio datur ad rescindendum metu probato. l. metum 9. §. sed quod prætor 9. ff. quod met. caus. l. 1. C. de rescind. vend. Dd. in l. dolo. C. de inutil. stip. quod tamen in matrimonio non procedere, maxime si talis sit metus, qui posset cadere in virum constantem, asserit *Gail. 2. obs. 93. num. 5. & 6. per. l. si patre 22. ff. de ritu nupt. l. non cogitur 21. ff. eod. tit. l. nec filium 12. C. de nupt. cap. 1. de desponsat. impub. gl. in d. cap. Abbas. & Panorm. in c. cum locum de sponsalib.**

III.

Metus semel illatus præsumitur durare. *Bald. in l. 2. num. 5. C. de his qui propt. met. jud. Wesenb. 1. conf. 43. num. 150.* præsertim si duret eadem causâ cogendi & nocendi potestas, *cap. cum locum 14. X. de sponsal. cap. accedens 10. X. de procurat. Aretin. consil. 14. num. 18. Socin. consil. 163. Boër. decis. 100. n. 13. Cacheran. decis.*

decif. 179. n. 12. Cravett. conf. 889. n. 4. Honded. lib. 1. conf. 23. n. 40. Gylman. in symphor. suppl. p. 1. tit. 2. n. 87. vers. item constat. nec purgatus censetur, quandiu is, cui illatus fuit metus, non sit in plena potestate positus. dist. cap. accedens. & d. cap. cum locum. Nevizan. conf. 52. n. 53. circ. fin. Reincking. lib. 1. cl. 1. de regim. secul. c. 5. n. 20.

IV.

Metus præcedens lætitia non purgatur. *Gail. lib. 2. obs. 93. num. 32. Multi enim vultu risum simulant, & premunt nihilominus alta mente dolorem. Alex. conf. 99. n. 6. & 2. conf. 98. n. 7. Innocent. in cap. super hoc n. 2. de renunc. c. 2. Hyppolit. sing. 325. n. 6. incip. dixi tibi. Bald. in l. 2. n. 10. Cod. quod met. caus.*

V.

Metus causa durante metus semper durare præsumitur. *Bart. in l. pen. de condiçt. ob turp. caus. & passim Dd. in l. 2. C. quod met. caus. Abbas in cap. consultatione. de sponsal. Alex. conf. 98. n. 7. lib. 3. Dec. conf. 219. n. 4. Hinc confessio rei carcerati dicitur metu tormentorum facta, etiam quod nulla ipsi consentienti tempore confessionis illata fuerint minæ, si is præcedenti die aut aliâ ab eodem iudice indebitè & indiciis non præcedentibus fuerit tortus, quia, tamdiu dicitur metus durare, quamdiu durat eadem torquendi potestas, & injusta tortura semel illata causat justum metum in futurum. Marfil. conf. 29. n. 36. vers. nec habet obflare, & n. 37. cum seqq. Grammat. conf. 4. n. 14. Bertazol. conf. 162. n. 7. & conf. 225. n. 23. Burlat. consil. 201. n. 19. lib. 2.*

VI.

Metus considerari debet secundum conditionem metuentis, *Dec. in l. in omnibus, n. 3. de R. l. per not. Innocent. in cap. cum dilectus quod met. caus. Sic minor metus consideratur in muliere quam in masculo, Roman. sing. 229. incip. tu scis. Jalon. in l. interpositas, de transact. nec tantus in iis metus, ut dicatur justus, requiritur, quantus in viris. gloss. in cap. cum locum. 14. ad verb. metus X. de sponsal. Boer. decif. 100. præsuppono. n. 2. p. 1. Welenb. 1. conf. 43. num. 156. Unde sicut generaliter metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum. cap. cum dilectus 6. quod met. caus. cap. veniens 13. & c. consultationi 28. de sponsal. ita etiam sufficit talem metum intervenire, qui cadere in constantem mulierem possit. Roman. d. sing. 229. Canoniste in d. c. veniens. Boer. d. decif. num. 2. cum multis ibi allegat. adeo ut etiam sola comminatio sit justus in mulieribus metus. Wef. d. conf. 43. n. 128.*

VII.

Quicumque metus vanus est, ille restitutionem non parit. *l. 5. ff. quod met. caus.*

Ratio: quia ad restitutionem requiritur metus, qui in virum constantissimum cadit *l. 6. ff. eod. & imputet sibi alter, quod vano metu territus quicquam promiserit.*

Exemplum: non ergo sufficiunt minæ, sed facti atrocitas requiritur *l. 9. C. eod. Nec suspicio*

mali inferendi l. 9. pr. ff. eod. quia metus debet esse præsens, nec metus infamiae l. 7. pr. ff. eod. quia hanc inferre nequit privatus. E contra sufficit metus mortis l. 3. in fin. ff. eod. mutilationis, oculorum amittendorum l. 3. ff. de extr. ord. cogn. cruciatus corporis & metus facti turpis inferendi, v. g. stupril. l. 8. §. 2. ff. quod metus causa carceris, l. 22. eod.

Limita: ut vanitas metus à iudice æstimari debeat, qui præprimis attender qualitatem personæ metum passæ, interdum etiam personæ metum inferentis, v. g. hæc ejusmodi minas exequi sit solita *lib. 7. §. 3. ff. quod met. caus.*

VIII.

Quoties metus iuste illatus f. ex permissione juris oritur, toties nulla datur restitutio *l. 21. pr. ff. quod met. caus.*

Ratio: quia sic de nullâ injuriâ conqueri potest metum passus, cum jure permittere fuerit compulsus.

Exemplum est in *d. l. 21. pr. ff. quod met. caus.* Ita damnatus ad mortem, si elegerit ducere meretricem, ut liberetur à morte, non restituitur. Sic nec adulter in adulterio deprehensus, si quid promittat ne occidatur, etiam in casu ubi occidi non poterat. *Brunn. in repet. paratiel. Welenb. ad l. 7. de Adult. q. 38.* Aliæ exempla poterunt applicari ex *L. 7. §. fin. ff. quod met. caus. l. qui in carcerem 22. ff. eod.*

IX.

Quoties actum metu gestum subsequitur liber consensus, toties metus purgatur & actus convalidatur.

Ratio: quia sic actus videtur ratihabitus, ratihabito autem ad initium actus retrahitur *l. 20. ff. de R. j. ut hinc ab initio actus liber gestus esse videatur.*

Exemplum est in *l. 9. §. 3. ff. quod met. caus.* Sic sponsalia metu contracta etiam per copulam convalescunt vel per consensum subsequentem. *Carpzov. Jurisprud. Eccles. Lib. 2. def. 29.*

X.

Mulier si probet, se bene percussam instrumento per virum facto consensisse, metu fecisse videtur. *Bart. in l. 7. ff. de condi. ob turp. caus.*

XI.

Metus difficilis est probationis. *Parif. consil. 53. num. 61. & consil. 60. num. 21. lib. 3. Menoch. 2. arb. jud. cas. 116. n. 17.*

XII.

Metus non debet ulterius progredi quam reperiatur delictum, arg. *Novell. 117. cap. causas 9. Novell. 52. cap. 1. vers. non enim. l. sancimus 22. C. de pen. l. fin. C. de his qui latrones. Pileus Modicens. in quæst. jurid. q. 65.*

XIII.

Nemo alienum metum in suam rapere debet utilitatem, *l. 14. §. 5. l. 9. ff. quod met. caus.*

CAP.